1533. 7ᵇ 20 9bris

Sigismundus Primus Rex Poloniae.

Clementi Papae Septimo.

240

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater, et Domine Clementissime, Humilimam Regnique mei et Dominiorum meorum commendationem, et oscula pedum Beatorum.

Contigit quod Episcopatus kioviensis in magno Ducatu meo Lithuaniae, post translationem illo in alium, tranquilliorem, Rdi olim Domini Nicolai, iam aliquanto tempore vacaverit, vel ob id quod locus ille sit obnoxius incursionibus, Hostium Christiani Nominis et vicinus Schismaticis, quibusdam non minus malum ditionibus meis molientibus, quorum latrocinio effectum, est quod Episcopatus ille omnibus proventibus exutus sit, nihilque illi praeter titulum, reliquum manserit. Ego vero quod ovialis illius Dioeceseos et rationibus, hujus Ducatus mei consulerem censui sufficiendum ad hunc Episcopatum, kioviensem Venerabilem Franciscum, Secretarium meum, Decretorum Doctorem, virum vita et moribus commendabilem, quem offero et presento Vrae Sanctitati persvasum habens, cum illi Ecclesiae, tum Dioecesi

nibus

meis, commodum fuerit, supplico igitur enixe, Vrae Sancti digmetur eundem, Franciscum ad Episcopatum, ipsum kioviens, provehere et confirmare, ac sacerdotia omnia, quae habet, parteri illi reservare, quod vel in aliorum Episcopatu, ob inopiam Episcopatus sui, habeat, unde, et vivat et statum talem qualem dignitas, hic requirit commodius, et decencius sustinere possit.

Rogo item plurimum, ut Vrae Sanctas pro sua pietate, et clementia quae cunctos complectitur, dignetur habere rationem, desolationis ipsius Episcopatus kioviens et huic novo electo, et Secretario meo expeditionem, gratuito per breve concedere velit, cujus rigore munus conservationis et possessionem Episcopatus accipere valeat.

Faciet Sanctitas Vra rem suo nomine, convenientem, et mihi non minus, gratam quam huic electo, utdem, quam gratiam ego Sancti Vrae perpetua mea observantia, et studio curabo referre, et demereri. Deus servet Sanctem Vram Nobis et Universae Reipublicae, diutissime incolumem, semperq felicibus incrementis in majus provehat —

Datum Vilnae, Die 20. Octobris Anno Domini 1533. Regni Nri 27.